



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



34.

39

IN NVPTIIS  
ERVDITIONE AC  
VIRTUTE PRÆSTANTIS

IUVENIS IOANNIS BESCHOLDI  
Sponsi,

ET

PVDICÆ VIRGINIS IUSTI-  
NÆ SPONSÆ, CLARISSIMI AC DOCTIS-  
SIMI viri Bartholomæi Frencelij Ludi Recto-  
ris Scholæ Bernb.  
Filiæ.



SERVESTÆ  
Excudebat Bonaventura Faber,

Anno cl. l. IIX C.





24

IN VESTIBULO  
ERVDITIO NE AC  
VIRI VTE PRASSTANTIS  
I AVENIA GARDIA GECORDI

ET  
P. D. C. R. C. V. G. I. N. I. S. P. T. A.  
I O N. K. C. P. A. P. T. I. S. I. A. C. B. O. C. T. I. S.  
I N. D. I. S. I. N. O. N. I. S. P. R. O. C. I. D. I. S. I. S. T. A. N. T. I. S.  
I N. S. T. I. T. U. T. I. O. N. I. S. P. R. O. C. I. D. I. S. I. S. T. A. N. T. I. S.



2277  
Exordium Bonum  
Anno 1611 C.





**V**m senibus iuuenes, docti, indoctiq<sup>3</sup>, po-  
ëma

Scribimus: à senib<sup>9</sup>, quibus est pruden-  
tia maior,

Vincuntur iuuenes: seris venit usus ab annis.

Non me laudis amor, fama<sup>q<sup>3</sup></sup>, insana cupido

Hoc tentare iubet: Frencelij sedula virtus

Jamdudum meruit, teneros qui suscipit annos,

Udum & molle lutum fingens, solidum ut crepet  
olla.

Quod vates passim tractant pro carmine, Spons<sup>9</sup>

Quando subit socij cum Sponsa fœdera lecti:

Quid sit coniugium: quis primus & illius autor

Ordinis: et rubra quod sit formatus Adamus

Ex tellure, viri mulierq<sup>2</sup>, ex ossibus Eva:

Quod duo non duo sint, sed quod duo corpore bino

Sint unum: vulgata decet potiusq<sup>3</sup>, maritos

His de verba loqui: non omnibus omnia quadrat.

Macte animi iuuenis, cui virgo ducitur uxor,

Delubra ingrediens deuotis turis honores

Solue Deo precibus: diuina Academia vita

Coniugium humane, & virtutum dicitur esse.

Conscia mens recti: cõiunx pia: dulce falernũ,

An tribus his iunctis quid dulcius orbe putatur?

Est



Est quoq<sup>3</sup> dulce bonum didicisse fideliter artes  
Ingenuas, linguasq<sup>3</sup> & moribus imbui honestis.  
Non simulatus amor, sed mutua gratia fratru,  
Pax vicinorum: suavis concordia lecti  
In quo nupta iacet: res pulcras regula sacri  
Codicis appellat, quasi delectabile summe  
Terricolis, ipsiq<sup>3</sup> Deo acceptabile sacrum.

Maecte animi iuuenis, sanctas iam conspicias  
aras,

Inq<sup>3</sup> clientelam tutor tibi sumis amico  
Adiunctam fato, quam non nisi fata vocantem  
Linguere condixti curuato poplite, iure  
Iurando, puro confectus denotat auro  
Annulus, aptatus digito, sine fine rotundus,  
Principioq<sup>3</sup> carens, purum non inter amorem,  
Quem neq<sup>3</sup> fors duro, neq<sup>3</sup> lato tempore, verum  
Finiet, angustum, mors ultima linea rerum.

Maecte animi iuuenis, Gallina es filius alba:  
Haetenus ingenuo Musarum percitus astro,  
Noctes atq<sup>3</sup> dies fuit impallescere chartis  
Unica cura tibi: pro cura haec altera cura  
Scilicet Argolica à fato additur omine lato.

Grator utrunq<sup>3</sup> Dei concessum munere mun<sup>9</sup>,  
Ingenij dotes, & pulcro corpore Nympham  
Eructus



*Fructus ingenij capias cum scenore: fructus  
Coniugij videas, faxit Deus, absq; dolore.*

*Dicatum à Daniele Nebelio  
Bernburgensi.*

*ALIVD,*

*Q*uod lecti socij iugatur arctis  
Fido mascula vinculis marito,  
Mutui stimulis amoris acti  
Et quod, firma domus columna, fulcrum  
Firmum, non vaga mobilisue virgo  
Multo pignore prolium beatur:  
Non falsi, Cypris, artibus propago  
Molitur maris, iste nec puellus  
Telis aliger igneis coruscans,  
Quem gentes vario furore semper  
Nec non suspitione fascinata  
Infinita Deum quibusq; turba  
Cordi, coniugij vocare numen:  
Verum qui nemore in dedit sacro  
Adamo sociam boni maliq;  
Qui post disposuit piam Rebeccam  
Ad fontes liquidos sato Abrahamo,  
*Solus*



Solus, terrigenum, dat & iubet, cor  
In unum coalescat ut duorum.

Ergo quod domini statuta summi,  
Sponse, & legitimam, vagis, cubile,  
Præfers ille ebrius, tori iugalis  
Sancto fœlere cœlibis soluta  
Iactatur quibus, inquinata vita,  
Fortunatus eris manebis atq;  
Infestus stygij lacus Tyrannum  
Horrendum licet omnibus videbis  
Puncti, qui temerant sacrariumq;  
Hoc Di innumeris modis supremi:  
Non esueta tamen tibi nocebunt  
Hæc catagia, nec Draconis ira.

Fortunatus eris, beate sponse,  
Coniux nam tibi ducitur petita,  
Non suem referens luto madentem  
Immundo, rabidi canis nec iram,  
Nec nunc hinc mare fluctuans modo illinc,  
Pigrum non asinum, iuba comante  
Non equum, neq; simiam proteruam,  
Hybleam sed apem cui labores  
Grati vere nouo fauo s truenti,

Qualem



Qualem, cunctipotens, viro supernè  
Largitur, Deus, & iugat petenti.

Hinc ergo tua, femina sub ista  
Florebit velut alta iuncta viti  
Vlmus purpurea, domus focusq̃:  
Hinc quæ corda premunt amata semper  
Curas, Sponsa, graues tibi leuabit.

Sic & Sponsa Dei via quod intras,  
Fortunata satis, via verenda.

Quamuis fex hominum maligna lites,  
Inter, criminibus suis, maritum  
Et lecti sociam serat, perennes:  
Non ledent tamen ista iurgiorum  
Tadas, femina, coniugum pudicas.

Fortunata satis, beata Sponsa,  
Sponsus subsidium tibi atq̃ robur,  
Et rebus dubijs leuamen vnum.

Ergo latitia nouos foueto  
Motus corde pio, datam fidemq̃  
Firma, molliculas genasq̃, prabe  
Conforti, tua cura, copulato:  
Sic ceu palmes eris nouis racemis  
Retrudens Thasias, amœnus, uas.  
Interim superum timere Regem  
Sit cura tibi puriore corde,

Ac



*Ac eius dubia furente sorte  
Non cessabit enim vocare numen.  
Nunc te summe Deus, nouis ut adsis  
Quæso coniugibus, tui ordinisq;  
Osorem stygis incolam, luemq;  
Diram quam reproba vibrant nouerca  
Pellas, atq; satis & inde natis  
Horum multiplices genus, viroq;  
Consenecat amans amante coniunx:  
Et saluum patriæ superstitemq;  
Serues Frencelium diu, Satorem  
Sponsa nominis in tui perennes  
Laude, atq; hominum piùm salutem.*

Christophorus Ludouicus  
Bernburgensis gratitu-  
dinis ergo. F.

F I N I S.





W 1996

8

ULB Halle 3  
 002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.  
 nicht zu ermitteln!  
 28 a / 50 1996 /


W 17 M











34.  
39

IN NVPTIIS  
ERVDITIONE AC  
VIRTUTE PRÆSTANTIS

IUVENIS IOANNIS BESCHOLDI  
Sponsi,

ET

PVDICÆ VIRGINIS IUSTI-

NÆ SPONSÆ, CLARISSIMI AC DOCTIS-

simi viri Bartholomæi Frencelij Ludi Recto-

ris Scholæ Bernb.

Filiæ.



SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber,

Anno cl. l. IIX C.

